

WF
6/16



M. JOH. JACOB STÜBELIUS, Dresden

Rector Illustris Afranéi

Ad Aetum Oratorio - Poeticum

Die proximâ ERNESTI, XXX, nempe Augusti mensis
antemeridiano tempore in Auditorio majore
habendum.

VIZTHUMIANA ID MEMORIA

flagitante.

印 940

JOH. GOTTHELFF SENFFIUS, Lommaz. *Oratione Latinâ solutâ*
eaque non proletariâ opera compositâ, dicer solenniter de **D. JOH.
GEORGII II.** Elect. Saxonici meritis in sacra & literarum studia,
JOH. CHRISTIANUS FUNCIUS, Wilsdrupp. *Lat. Carmen Heroi-
cum amplum in laudem Indulgentissimi Regis Pol. & Elect. Saxonie
DOMINI FRIDERICI AUGUSTI* Elect. Domini nostri Clem-
entissimi, recitabit ab fidem datam sanctissimè nobis, compròbatamque nunc
etiam in dignè reparato Schole hujus edificio, ubi nec illustris Praesidi-
DNI PONICKAVI, Patroni summi, cura filebitur, &
AUGUSTUS LOCHMANNUS, Snsberg. *Alcaicis Verbis plurimis
nitidique Potentissimo IMPERATORI CAROLO VI.* in ipâ vi-
ctoriâ moderato, gratulabitur de Pace cum Turciâ gloriòse confectâ,

Favore suo studium in nostris excitatu*s* & benevol
ad futuros humanitate decentissimā

ILLICITAT

**DISSERTATIONE
UNICLA ISTA POSTERIORI**

1

FRIDERICO WILHELMO, Illustrissimo Sa-
xoniæ Duce ac Pro-Electore qvondam
Saxonico.

Valedixere nobis haecenus in Academicis dicitur.

GEORGIUS FRIDERICUS FIEDLER, Pfaffrod. Orat. Lat. de partis rerum
magnarum iustis, adjuncto Carmine Heroico. Cui simili respondit JO.
CHRIST. FUNCIUS.

CAROLUS AUGUSTUS MEYER, Cunnersdorff, de Arte oblitioris, submexo
Carm. Germanico, cui felicem exitum precatus est simili EHRENFRIED
AUGUSTUS de TAUBENHEIM, Eges Misn. &

RUDOLPH GOTTLÖB BARTSCH, Donav. de Plagio Eithnicorum sacro, ad-
ditio simul Carmine Jambico, cui Propempticum cecinit Eleg Latinâ JO.
GOTTLÖB DEUTRICH, Zadelenensis.

Perorârunt JOH. THEODORUS DEUTRICH, Zadel. expositis Oratione
Lat. protlixiore Levitatis, improbitatis & Inscitiae discipulorum quo-
rundam causis & effectibus.

JOH. GOTTLÖB DEUFRICH, frater hujus, aliâ de Pœnis horrendis
peccatis nos absterrentibus.

JOH. GOTTFRIED dolos malos & STÜBEL, Annæmont. investus est Orat. Latinâ in consilia pessima Cardinalis Alberonii &c.

Omnis memoriter locutus sunt & loquuntur

MISENAE, Literis SPAHNIANIS, MDCCXVII

Für Herrn Magnificus w. Sohn und
Ferren D. Cösterle Hellew. d. 20. Febr. 16

IPSE fecit & faciet!



Eragimus nunc, qvod superiore anno debebat fieri, nec differre nos voluisseus, nisi plurima obstatissent. Scilicet, qvæ restant è vitâ FRIDERICI WILHELMI, Electoratus Saxonici qvondam Administratoris explicanda, carptim tradere nostrum putamus. Cum iis partibus fungeretur, magnificas à Johanne fratre cum Dorotheâ Mariâ, Joachimi Ernesti, Principis Anhaltini filiâ, VI. Kal. Januar. A. M D XCIII. Altenburgi celebratas nuptias præsentia suâ cohonestavit. Anno sequenti autem Ratisboni prefectus eit, ut Comitiis indi&dis, qvibus Rudolphus II. ipse Imperator, cum multis Imperii Principibus, intererat, coram adeset. Qvod è Janthonio auctore Mercurii Gallo-Belgici cognoscitur. Ibiq; qvæ bello Turcico, qvod ultra decennium ancipiti fortunâ extra&tum fuit, profutura censuit, salubri consilio & operâ suggesit. Et qvidem Cæsareæ Majestatis ad eò se præstitit obseruantem, ut malevolorum sinistrorum rumeores & obtestationes evitare haud potuerit. Cumq; publicis Imperii sacri negotiis, quantum qvidem in ipso positum fuit, fedulò invigilat, privatim qvoque pupillorum suorum atq; propinquorum dignitati atq; commodis, in Variscorum terrâ illis postliminiò vindicandâ A. M D XCIVII. & M D XCVIII. consuluit. Ipsius etiam prudenti ratione, secundum Hübneri affirmationem, tres Episcopatus, Martisburgensis, Naumburgensis & Misnensis domui annexi sunt Electorali. Inter cæteros à consiliis ipsi fuit Hartmannus Pistoris, JCTus insignis. Qvod è Jo. Florentis Rivini Præfatione, Juris Enuntiatis præmissa, intellectum. Decem annos præfuerat CHRISTIANI I. Septemvir Sax. liberis & ipsorum hæreditati, ut inter alios è Sethi Calvisi etiam opere chronologico perspicitur. Anteq; vam hac decederet statione, supplicium, qvod ipsius jussu tamen, ut habet Hübnerus, datum fuerat, non sumptum est de Nicolao Crelio, qvem pridie qvâm funus CHRISTIANI I. deductum convenienti pompâ fuisset, Dresden in ædibus suis custodiri curaverat, donec qvid de eo faciendum esset, statueretur. Paulò post in arcem Koenigsteinum deportatum, carcéri, qvem ipse D. Martino Miro paraverat, immitti jussit, ab ordinibus provinciarum, hoc postulantibus, non unius sceleris & potissimum proditionis patriæ reum ætum, uti Strauchius è Chytræo narrat. Decimo Anno post, nimis M DC I. VII. Iduum Octobris, uti Mencius referit, (Hoffmannus factum ait A. M D XCII. Ernestus M DC VII. uterque falso,) causa illâ in aulâ Cæsaris examinata discussâq; Pragæ sententia capitis in eum lata est, cuius vi gladio carnificis, in foro novo, prope macellum Dresden, percussus fuit. Qvomodo ipsi qvodammodo patrocinari celeberrimus Vir, Christianus Thomasius voluerit, h̄c tacebimus. B. Seligmans laudat in Exercitatione qvadam Academicâ FRIDERICI WILHELMI in religione sincera ardorem, qvi contra Crellium & complices agendō apparerit, nec minorem in expediendis rebus Reip. salutaribus aliis in eo sedulitatem conspectam. Adstisit ipsi ait Joh. Georgium, Electorem Brandenburgicuni, avum maternum CHRISTIANI II. & JOH. GEORGII I. Principem summæ fortitudinis, pietatisq; non inferioris. Augustus Buchnerus in Panegyrico, dicto ipsi in exequiis D. JOANNIS GEORGII I. Electoris Saxonæ, prædicat, nostrum Ducem primariam personam, in iis, qui generosam hanc stirpem dextrè finixerint & in decoram regiamq; proceritatem felici industria direxerint, fuisse. Vocatq; eum, Balchafar Mencius clementem, humanum, benignum ac mansuetum Principem; Joh. Jacobus Hoffmannus, Theologorum fautorem & Lutheri scriptorum assiduum lectorum; Joh. Hübnerus Principem, qvi satis laudari

ne-



nēqueat, persuadens nobis, eum, qvæcunque per dies singulos egerit, in
Calendario confignāsse. In qvo sāpe lectum, qvod fruges convectæ ex
agro, tonsæque oves fuerint; & ejus generis plura. Id aliquando nota-
tum, qvod animi causa spicarum manipulos imposuerit plastro, & inde
rufus deprompsierit. E qvo appareret, eorum eum, qvæ procuratio re-
domesticæ reqvirat, fuisse gnarissimum. Nicolaus Reusnerus præco est
maximæ laudis ejus, pietatis, & justissimæ virtutis. Polycarpus Lyserus
dedicavit ei à Martino Chemnitio reliqtos Libros III. Harmoniae Evangelicæ,
ubi eum arborem generofam facit, sub cuius umbrâ sincero DEI cul-
tūi atqve incorruptæ religioni addisti hospitium & asylum qvæsiverint,
& qvæ salubres tulerit fructus effuderitqve, bonos omnes & sustentan-
tes & recreantes. Per eum omnes scholas inferiores & superiores reflo-
ruisse, literarum humanitatis & pietatis studia passim, magnâ cum ju-
ventutis utilitate, viguisse, soliciteqve cavisse ipsum, ne īminens bar-
baries totam occuparet terram ac pessundaret. Christianus Junckerus
in historicâ relatione de H̄senensis Gymnasi bibliothecâ notat, FRIDE-
RICI WILHELMI nostri Exercitationes horarum subsecivarum Torgæ
M D XCVIII. impressas, qvæ exempla vet. ac recentioris historiæ, nec non
moralia & sapientum prudenter di&t;a continente; monetqve, qvod Ejus-
dem precatioes Latinas Torgæ M D XCV. in quartâ formâ editas, alibi
viderit, de qvibus Præcellentissimus SCHREBERUS, Collega qvondam ho-
noratissimus, nonnihil attulit in Miscell. Lipp. Observatione XLIV. Sunt
alias à FRID. WILHELMO Duce collectæ ac usurpatæ pias precatioes
à Joh. Wanckelio A. M DC XIX. in formâ 16. publicatae. Qvæ de litera-
riis ejus curis exposuit SCHREBERUS studio&re, repetere h̄c nolo, ibi vi-
denda. Neqve tamen piger meminisse officinæ ipsius typographicæ in-
arce Torgaviensi, in qvâ tot monumenta Scriptorum curaverit excudi,
ita peritus ejus artis & amans, ut, qvod Gesnerus in Threnologî Acad.
Viteberg. scribit, qvories licuerit per occupationes, inviserit operas illas,
iisqve adfederit attentus. Publico quoqve communicavî ibi SCHREBE-
RUS Præfationem, de studio ejus Latinitatis & honestatis amore & fide
in pupillos ejus testantem, qvâ sacravî his horas, ab Excellentissimo
RITTERO, Patrono nostro æstumatissimo, acceptam. Possider biblio-
theca nostra Afrana Lutheri Conciones per M. Joh. Wanckelium Prin-
cipis nostrî autoritate in Lat. translatas lingvam, & ab ipso Scholæ huic,
ut cæteris provincialibus, donata. Ipsi unâ cum aliis Georgius Mon-
thius, Pastor Ecclesiæ Mellengensis, inscriptis Poëmata Stigelli, laudat-
qvæ in ipso erga pias Musas earumqve lectatores beneficentiam illustrem,
ob qvam illæ ipsum sine fine celebraturæ sint, & qvam Christus remu-
neraturus esset. Habeo quoqve Abrahami Beutheri, Ludimoderatoris
Mariæberg. gratulationem ob natalem FRIDERICI hujus WILHELMI fi-
lioli, A. M DLXXXVII. Dresdæ excusam; ubi Versus Elegiaci præmissi sin-
guli suis initii ostendunt literas, è qvibus nomen FRIDER. WILHELM
componitur. Vocavit hunc ibi Christianissimum & mitissimum Princi-
pem; item Magnanimum, amantem pacis, qui rarâ & clarâ pietate ni-
teat; commendatqve in eo Integritatem, morum probitatem, clemen-
tiam, candorem; & profitetur, doctis qvod Musis corde favere soleat.
Confirmat hoc Godofredus Ludovici, in historiâ Gymnasiorum Schola-
rumqve celebrium, dicens, eum, ut saluti Athenæi Altenburgensis pro-
spiceretur rectius, prolixissime clementissimeqve curâsse. Miror, qvod
Boelerus ejus in rebus seculi post C. N. decimi sexti non fecerit mentio-
nem, & irascor ferè Paulo Frehero, qvod eum in censum Principum E-
ruditione singulari celebrium non retulerit, cum tamen non solum in-
claruerit scriptis, sed etiam in Academiam Jenensem in floridâ ætate
missus, Rectoris munus A. M DLXXIV. magnâ cum laude ac admiratio-

ne



M 616

ne omnium sustinuerit. Charta hæc non recipit laudem ejus heroicæ pietatis, & multis sumtibus collectæ bibliothecæ, qvæ cum condecoravit Balth. Mencius in historiæ de ipso narratione. Cum D. Martinus Cæsarius in aulâ ipsius Sacerdotis & Synedrii sacri Aſſessoris provinciam laudabiliter obiret, existimatus est dignissimus ab eo, cui defuncti HUNNI, Generalis, ut dicitur, Superintendentis, Sparta crederetur, eā lege, ut etiam Duci simul à primariis concionibus esset. Adeoqve primus hic Ephororum fuit, qvos Patriæ patres simul aulæ suæ Nathanaes esse voluerunt; qvod citatus LUDOVICI suis historiis Scholasticis inseruit. Uxorem utramqve ac sobolem numerosam non negligemus. Traducta enim pulchre adolescentia, cum jam annum vigesimum primum excessisset, animum ad conjugium convertit. Prior fuit uxor SOPHIA, Ducis Württembergici CHRISTOPHORI gnata, in matrimonium ipsi data illi. Non. Maij, A. M D LXXXIII. sed fato ipsi erepta in puerperio XII. Kalend. Sextilis A. M D XC. Altera ANNA MARIA, Comitis Palatin Neoburgici ad Rhenum, PHILIPPI LUDOVICI, filia, sociata ipsi IV. Kalend. Septembbris, A. M D XCI. Cum utraque secundus ipsi fuit thoros. Ex illâ suscepit MARIAM DOROTHEAM, JOH. WILHELMUM FRIDERICUM, DOROTHEAM SOPHIAM, ANNAM MARIAM & Principe exanimum quendam, ex utero materno XII. Kal. Sext. A. M D XC. extectum. Ex hac procreavit JOH. PHILIPPUM, successorem suum, ANNAM SOPHIAM, FRIDERICUM, DOROTHEAM & FRIDERICUM WILHELMUM II. posthumum, qvi fratri natu maximo succedit & LXVI. ætatis annos explevit. Qvamdiu vixerint isti liberi, & qvæ fata singulorum fuerint, è Mencio, Spenero, Schowarto non excribemus. Id intactum non prætermittimus, qvod FRIDERICI WILHELMII II. altera conjux MAGDALENA SYLLA fuerit, à JOH. GEORGIO I. progenita, à Danico Principe CHRISTIANO vidua relîta, ex qvâ nata est JOHANNA MAGDALENA, JOHANNI ADOLPHO, Duci Saxorum Leucopetrae postea nupta. Cum Pro-Electoratu decessisset, non multò post rebus humanis exemtus est, annos non plures qvam XL. natus, certè longiore vitâ dignissimus. Atque sic in cœlestem patriam & futuram civitatem, qvæ nihil laborum serit, nihil turbarum, nihil alijs cujusquam vitii, magno cum morore suorum demigravit. Qvippe ad suos reversus XVII. Kal. Novembbris, A. MDCII. ægrotare coepit, & ipsis Nonis Julii horâ nocturnâ XI. beatissimam animam efflavit, Vinariae humatus, uti Mencius hoc nos docuit. Jam moriturus JOHANNEM PHILIPPUM, hæredem suum ad se venientem hortatus est, ut piè ageret vitam, ac diligenter in studiis versaretur, hoc pacto rectorem ipsum idoneum, ditionibus suis atq; civibus præfuturum ominatus. Monuit juxta ut nigri capit, Geritenbergeri nempe, Cancellarii sui, rationem haberet, plus de ipso meriti qvam ipsi rependi posset. Hæc in elogio ejus apud Mencium occurrentia tantummodo his apponimus:

Ex quo CHRISTIANUS revocatus ad astra reliquit

Confortem thalami, progeniemque suam,

Hic Princeps celso confangunitatis avile

Annexus vinclo sceptra gerenda capit.

Fidus Saxonia Praes, qui germina Rule,

Aurea bullæ velut præcipit, arte colat.

Mox in uitatu procerum, populique rogat.

Oris Saxonie dogmata falsa fugat.

Cumque Aquile Imperii, Geticis premerentur ab armis,

Cæsareusque ferè jam trepidaret apex,

Urbe Ratisponâ Procerum convexus habetur

Præsente Imperii Præside & Ordinibus

Hic ensim, rutilo præfulgentem igne ferebat,

Cæsare sacratos ingrediente lares, &c.

FINIS.

21

Pon Wf 616

ULB Halle
008 550 45X

3



KD 18





M. JOH. JACOB STÜBELIUS, Dresd.

Rector Illustris Afranii,

Ad Actum Oratorio - Poeticum,

Die proximâ ERNESTI, XXX, nempe Augusti mensis
antemeridiano tempore in Auditorio majore
habendum.

VIZTHUMIANA ID MEMORIA flagitante.

in quo

JOH. GOTTHELFF SENFFIUS, Lommaiz. *Oratione Latinâ soluta*,
eaque non proletariâ opera compositâ, dicet solenniter de D. JOH.
GEORGII II. Elec. Saxonici meritis in sacra & literarum studia,
JOH. CHRISTIANUS FUNCCIUS, Wilsdrupp. Lat. *Carmen Heroi-*
cum amplum in laudem Indulgentissimi Regis Pol. & Elec. Saxoniæ,
DOMINI FRIDERICI AUGUSTI &c. Domini nostri Clemens-
tissimi, recitat. ab fidem datam sanctissimè nobis, comprobataque nunc
etiam in dignè reparato Schole hujus edificio, ubi nec Illutris Praefidis-
DNI PONICKAVI, Patroni summi, cura filebitur, &
AUGUSTUS LOCHMANNUS, Shansberg. Alcaicis Veribus plurimis
nitidisque Potentissimo IMPERATORI CAROLO VI. in ipsâ vi-
ctoriâ moderato, gratulabitur de Pace cum Turci glorijs confectâ,

Favore suo studium in nostris excitaturos & benevole
ad futuros humanitate decentissimâ

invitat

DISSERTATHINCHLA ISTA POSTERIORE

de

FRIDERICO WILHELMO, Illustrissimo Sa-
xoniæ Duce ac Pro-Electore quendam

Saxo

* Valedixere nobis hadentu

GEORGIUS FRIDERICUS FIEDLER,
magnarum initis, adjuncto *Carmi-*
CHRIST. FUNCCIUS.

CAROLUS AUGUSTUS MEYER, Cu
Carm. Germanico, cui felicem exitu

AUGUSTUS de TAUBENHEIM

RUDOLPH GOTTLÖB BARTSCH, I
dito simul Carmine Jambico, cui Pro
GOTTLÖB DEUTRICH, Zadele

*

Perorârunt JOH. THEODORUS DEU
Lat. prolixiore Levitatis, improb
rundam causis & effectibus.

JOH. GOTTLÖB DEUTRICH, frater
peccatis nos absterrentibus.

JOH. GOTTFRIED STÜBEL, Annæ
dos malos & consilia pessima

Omnis memoriter locu

MISERE, Literis SPAHNI



Joh. Gottlob Gottlobius dicitur
Joh. Gottlob Gottlobius dicitur
Joh. Gottlob Gottlobius dicitur
Joh. Gottlob Gottlobius dicitur